

ex hæreticis plurimi venerantur, nedium sapientes, Catholique Doctores.

Successor Chrysostomi in Episcopatu Proclus Oratio de 6. in Deiparam de Josepho loquens Virginem sponsam, quod uterum ferret, demirante, sic ait: *Non meminerat, potuisse eam effici Dei templum, que ex mundo erat formata luto.* Adjectivum Græcum est ὡραῖον, quod etiam bonum, justumque significat. Hic non animæ solum, sed carnis maculam negat umquam fuisse in Sanctissima Virgine. S. Sabas, qui fuit auctor seculi quinti, sententiam similem habet in Ode de S. Malachia, ubi Deiparam sic alloquitur: *Tu macularum semper omnium expers, ligno vita simillima, non aliud nobis fructum germinasti, quam Christum.* Nec minus est luculentum Andreæ Cretensis testimonium in Encomiō Nativitatis Mariae: *Primitia natura nostra, quæ ex tota consperfore nibil inquinamenti suscepit.* Joannes Damascenus in Oratione prima de Natali Virginis Conceptiōnem innoxiam his verbis declarat: *Natura gratiam antevertere ausa non est.* Quibus verbis aperte significat, Deiparam Virginem non ante naturam accepisse, quam gratiam. Idem Damascenus in Menæis Ode de S. Anastaio: *O semper, & ubique inculpissima Numinis Mater, quæ es ingens contandi materia Apostolis, & Martyribus.* In iisdem Menæis Homilia de Annuntiatione hæc leguntur: *Primo quidem singulari providentia perfecit (Deus) ut sacra Virgo ab ipso vita sua principio tam existere pura, quam esse puram decebat illum, quæ tanto bono, idest Christo digna existeteret.* Habemus igitur testimonium Ecclesiæ Græcæ universæ, quæ primum illud Conceptiōnis momentum, quo Dei Mater vivere coepit, purum esse fatetur, interque laudes Divinas quotannis celebrat. Singularem hanc laudem Deiparæ Virginis complexus est brevi carmine Joannes Geometra in hymno 3. ex Theotociis, ubi Maria salutatur hoc modo:

*Vitii nostri crimine Virgo carens.*

Et apertius in illo: